Dissertatio inauguralis medica, sistens arthriticum scorbuticum doloribus vagis gravissimis liberatum ... / respondens Emanuel Augustus Lezius.

Contributors

Lezius, Emanuel Augustus. Depré, Johann Friedrich, -1727. Universität Erfurt.

Publication/Creation

Erfordiae : Johannis Henrici Groschii, [1719]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/ckm3hehv

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org Q. D. B. V. DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA, SISTENS

ARTHRITICUM SCORBUTICUM DO-LORIBUS VAGIS GRAVISSI-MIS LIBERATUM,

USSU ET AUTHORITATE AMPLISSIMI MEDICORUM ORDINIS IN PERANTIQUA HIERANA

SUB PRÆSIDIO DN. JOHANNIS FRIDERICI DE PRE,

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS, ANATOMIÆ, BOTANICES ET CHIRURGIÆ PROFESSORIS PUBLICI, FACULTATIS MEDICÆ ASSESSORIS ORDINARIL,

PATRONI AC PROMOTORIS SUI COLEN. DISSIMI,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES ET PRIVILE-GIA DOCTORALIA ADIPISCENDI, ERUDITIS PLACIDE VENTILANDAM


SUBMITTIT,

RESPONDENS

EMANUEL AUGUSTUS LEZIUS,

COTHENA - ANHALTINUS, AD DIEM XXIII, MAJI ANNI MDCC XIX. IN AUDITORIO MAJORI, COLLEGII MAJORIS HORIS CONSULTIS.

ERFORDIÆ, Typis JOHANNIS HENRICI GROSCHII, Academiz Typographi.





PRÆMONENDA.



X omnibus morbis, quibus humanum corpus affligi tur, nullus est, qui majorem prudentiam sagacitatem & cautelam in Medico requirat, quàm scor-

butus. Etenim is ipfe vel Proteo exiftit mutabilior, fub aliorum morborum tegnine fuam fcenam ludens, quin & complures comitans morbos, quorum curatio exinde redditur difficilior, quod neglectà labe fcorbuticà communiter vulgari tractentur Methodo, Medicamentis antifcorbuticis fusquè dequè habitis. Gratiam Exempli in foro Pathologico præbet Cephalæa fcorbutica in Capite, fuffufio fpuria periodica in A 2 OcuOculis, Tinnitus Chronicus in Auribus, Odontalgia scorbutica, Ulcera scorbutica faucium, Dyspnæa scorbutica in Pulmonibus, Palpitatio periodica in Corde, Pleuritis spuria in Musculis Pectoris, Cardialgia & Nauseascorbutica in Ventriculo, Hepatitis, Splenitis & Nephritis notha, Gonorrhœa utriusquè sexus scorbutica, Passio scorbuticarum fœminarum Hysterica, Erysipelas scorbuticum, ejusdem farinæ pedum tumor, Hectica scorbutica, partium diversarum gravis Hæmorrhagia, & inpartium solidarum articulis creberrima Arthritis Vaga scorbutica : imo & scorbutus fæpe numero Febribus continuis intermittentibusque sese jungere solet, id tamen corporibus, quæ tenet, affert Privilegii, ut fere contagio malisquè Epidemicis immunia degant, acido fcorbutico Veneni contagioli vim enervante. Quæ cumita se habeant, Arthritidem Vagam scorbuticam speciminis inauguralis loco mihi ventilandam fumfi, utpote affectum olim in Viro juvene observatum & curatum, Symptomatibus rarioribus

bus & gravioribus, & curandi methodo haud adeo vulgari occafionem fubministrantibus. Ut vero hic actus successum felicem sortiatur, Principium à Jove, vel potius à DEO triuno sumendum duco, nullus dubitans hoc modo nec Lect. H. benevolentià suà mihi defuturum.

CASUS.



Fir Juvenis vigesimum quintum ætatis annum agens, Sanguineo Melancholicus, ad iracundiam proclivis, in laborioso vitæ genere constitutus, quo

plurimum moleftiæ, curarum, frigoris, indignationis ipfi erat sustinendum, Mense Januario primum ætatis anno vigefimo, post Mense Decembri, terribili istâtoti Europæo orbi Hyeme sæviente, secundum iter faciens ad frigoris acutifimi vehementiam fallendam in diversoriis vino hujusque spiritu ardente sese ingurgitabat, optimeque calefieri eurabat hypocausta : Demum redux vehementi per omnes artus articulosquè frigore perfundebatur, omnes calefaciendi modos eludente, cui succedebat lassitudo ingens, Anorexia pertinax, alvus erat obstipata, dolore vexabatur caput; spina dorsi tensione molesta frequentes pandiculationes inferente cum fensu doloris obtusiin digitorum majorum utriusque pedis articulatio-

A 3

**** (6) latione : Quibus afflictionibus opponebat pilulas. purgantes, quas vero akero die excipiebat dolor pectoris acutus pungitivus cum dyfpnæa, humeri & brachii utriusque doloribus rodentibus, urentibus acerbiffimis, ad quos mitigandos Vena secabatur in brachio, ubi fanguis piceus cum tantillo seri variegati confpiciebatur, quâ celebratâ dolores memorati suam quadantenus deserere videbantur sedem, & corpus universum pervagabantur, ita quidem ut modo dextrum modo finistrum latus cum Artubus & Articulis, ipsis etiam oculis & collo in consensum tractis, corriperent. Atque hæc Tragædia per spatium bimestre, ludebatur, sub continuis dolorum Pectoralium aculeis, quibus respiratio difficillima reddebatur : Donec demum superata mali vehementia Medicamentis antiscorbatico:antispasmodicis pristinam fanitatem subjectum hocce adspirabat.

RESOLUTIO.

Th. 1.

Quidem corporis animatifuicra munimenta & machinx molem corpoream fuffinentes & de loco in locum transferentes, offa & cartilagines, à natura provida hoc fingulari privilegio videntur donata, ut careant tactus fentu, ideoque dolorum fiimulis minime fint exposita : Id quod omnino ita fe habere debebat. Nam cum eorundem beneficio totum corporis zdificium fuffulciatur, fuffineatur, & facultatem loco motivam acquirat, przdictis ufibus minime fufficerent offa & cartilagines, fi in statu naturali partes illas motu durante invicem

-Ditst

**** (7) *** vicem allidentes sensatione trifti quâdam affligi contingeret, quâ præfente plurimæ actiones ægre instituerentur, ægrius continuarentur, ægerrime absolverentur, unde infignis turbatio & confusio œconomiæ animalis foret metuenda. Interea tamen status præternaturalis contrarium suadere videtur, quando partes ossex doloribus excruciatz plus vice fimplici observatz funt, & adhuc observantur, ita quidem ut Lister. Tr. de Morb. Chron, Exerc. 6. dicere non erubescat, per ferramenta ad-Aringentia, nec vincula, nec gladium vulnerantem, nec ignem exurentem tantum dolorem excitare posse, quantum offa ex se dolentia inferre soleant. Quod quidem hactenus membranz fibrofo nervez offa & cartilagines cingenti folummodo fuit imputatum : Sed ex ratione & experientia invita. Etenim quem latet dentes aëre vel aquâ frigidiore tactos, etiam extremis partibus, in Hamodia prasertim, molestiam sentire, antequam frigus ad membranulas nervosque eorundem pertigerit: Quem fugit, ofla cuncta prius membranosa, postmodum cartilaginea, tandemque offea evadere, confirmante hoc Kerkring, Antropol Ichnogr. C. IV. & VI. it. Ofteogen. fær. C. I. unde etiam offa nihil aliud funt, quam fibrarum tendinearum arctior & ad foliditatem majorem collectio atque coagmentatio, ut ita membrana, tendo, ligamentum, cartilago atque os nonnifi fubftantia laxiore & strictiore inter se differant, quandoquidem tendines in avium pedibus & circa cordis bafin in offeam fubftantiam induruiffe à Stenone Tr. d. Muscul. & glandul. p. 20, 65 28. observatum fuit: Quid, quod ipfa offium sub-Rantia ex. pluribus lamellis membranaceis fibi invicem fuper impositis, temporisque tractu duriorem confistentiam adeptis, conftare deprehenditur, que lamelle ab ipfis subinde nunc renovantur, nunc augentur perio. fiis, pari ferme ratione, ac vegetabilium vascula fibrofa & molliora in lignum indurantur, per intercapedinum fucculentarum fucceffivam evaporationem, imo fic

ficut a cortice vegetabilis interiore fibrofa quzdam ftamina ad exteriora atque interiora five medullam verfus feruntur, poftmodum in lignum durius abeuntia : Ita & a carnibus mufculorum quzdam fibrz ad cutem pariter ac intrinfecus derivantur, quz posteriores nova conflituunt periostia, veteribus novas ossium accessiones fuggerentibus. Taceo fanguinem Arteriosum ossa irrorantem particulasque Chyloso oleosas pro medullz nutrimento afferentem, cujus przsentiam ossium in recens natis rubedo, fractorum mador fanguineus à Parzo Lib. XIV. cap. 28. observatus, & Leeuwenhoeck Transast. Phil. No. 190. Venulas per os tibiz bovinz dispersas fe vidiste perhibentis, testimonium, claristime evincit. Et unid aligned dologi is personale medullis infuge lo

quid aliud dolor iste ostocopus, medullis infixus loquitur, nisi ipsam quoque ossum substantiam sensatione tristi minime carere.

Th. II.

Ex quibus nunc colligitur, offa quzdam ut plurimum & acutissime ob periostium afflictatum dolere, interim tamen nec in sua substantia omnis doloris manere expertia, & fi hoc rarius contingere foleat. Qua occafione mihi ansam suppeditatam intelligo exponendi, qui fiat, cuticulam illam corpus univerfum cingentem, que epidermis vocatur, infensibilem existere, cum ta. men eadem membranis accenseri posse videatur. Ubi notâsse juvabit cuticulam fibrarum commercio penitus destitutam ad membranas minimè referri posse ; fed potius esfe pelliculam vitz fensusque expertem, tenuem, tensam, exlangvem è vaporibus oleofis crasfis & viscidis à frigiditate externa condensatis originem trahentem , unde etiam citra dolorem sapenumero deperditur, iterumque renovatur, quemadmodum in cuticula ad inftar squam. mularum decidente post exantlatam purpuram aut vario. las, nec non inferpentum exuviis annuis ad oculum paret. brola & mellera in lightmungen abrer , per

.dTrigen facestenterum faccesivant evaporationem , 1mo

tic

Atque hæc ipfa membrana offa circum circa cingens ex vafculis fanguiferis exilisfimis fibrillisque nerveis rorem nutritium fumme fpirituofum fundentibus contexta in dolore Arthritico principaliter patitur, partibusque mufculofis fuperftratis offeisque fubftratis acerbitatem doloris communicat, quandoquidem offa quævis, five interventu inarticulationis immediate, five cartilaginis, ligamenti mufculive beneficio commectantur, perioftium valde fenfibile arctisfime circumtegit fibrofos proceffus tenuisfimos quaqua verfum fpergens, per quos non folum omnis vicinia, fed etiam remotiora loca in confenfum fæpenumero trahuntur.

Th. III.

Th. IV.

Quibus præmisfis ad ipfam nunc morbi speciem in cafu delineatam defignandam me converto, qua titulo Arthritidis Vagæ Scorbuticæ eapropter maxime venit, quod fymptomata à Viris Celeberrimis ipfi adfcripta in præfixa morbi Historia observantur. Etenim dolor pectoris acutus pungitivus, cum Dispnæa citra febris inflammatoriæ præsentiam, humeri & brachii utrius q, dolores rodentes, urentes acerbissimi, Arthritidein infinuant: Corpus universum pervagantes, & modo dextrum modo sinistrum latus cum artubus & articulis ipsis etiam Oculis & Collo in consensum tractis, corripientes Vagam comprobant : Lassitudo ingens cum sensu doloris obtusi in digitorum majorum utriuso, pedis articulatione citra tumorem notabilem, & Sangvis piceus cum lero.

sero variegato S antiscorbutica juvantias testantur. Hinc optime huic affectui quadrare videtur definitio Arthrit dis Vagz Scorbuticz, quz dicitur dolor partium nervofarum & tendinofarum acutus vagabundus, a fale volatili scorbutico originem trahens. Solet vero ille dolor, qui Arthriticos vexat, cumprimis effe pungitivus, quatenus suos membranis infigit aculeos, iisque offeas partes cingentibus, monente Rondelet: Lib. de Dignof. Morb. c. IX. inquiente : Dolor punctorius non omnibus membranis proprius eft, sed iis tantum, qui alligantur osfibus, & ea involvunt, ut membranis coftas & musculos costales cingentibus. Si enim ossibus non alligentur, uti contigit in membrana involvente jecur, Pulmones, Cor, Veficam &c. hac doloris specie non vexantur, sed dolore gravativo. Et licet hoc affertum displiceat aliis, ipfique Experientiz Clinicz contrarium quandoque deprehendatur. Hoc tamen ex accidenti folum modo fieri contingit, Vallef. Comment. in Lib. VII. Epid. Hippoer. bene notante, quando inquit : Tametfi inflammatio aut multitudo humorum in Hepate & Liene, partibus, nifi ob membranas, quibus vestiguntur, fere expertibus sensus, dolores fortes non afferunt, fed gravantes fine ulla acutie : Tamen ob humoris mordentem qualitatem aut flatuum diftendentem, patiuntur aliquando illa partes dolores vehementes mordentes aut tenfivos. Huic dolori in fubjectis fcorbuticis accedit urens & mordax à Diathefi lixiviosà Maffæ Sangvinez, cum primis feri partes affectas alluentis & in statu naturali Synoviam constituentis, quo articuli irrigati madefiunt & quafi inunguntur , ne in motibus exferendis mutuo attritu offendantur. Simul ac igitur hoc ferum acre & calidum per ductus excretorios Cartilaginofa offium capita, tendines musculorum duriusculos minusque flexiles, membranasque iis circumpofitas penetrantes in articulorum interstitia effunditur, statum præternaturalem sensumque dolorificum protinus inferre solet.

Th.

Quod autem dolor ifte cum primis nervofis & tendinofis partibus infidias ftruat, & has relictis aliis potisfimum aggrediatur, nonnifi à speciali quadam salis volatilis scorbutici indole deducendum videtur, secundum quam partes prædictas eminenter affligit, & ad illas specifice fertur, quemadmodum materia ex qua Plica Polonica oritur', pilis folum modo, falia caustica spinam ventosam producentia osfibus tantum, Lepus marinus Pulmonibus, Cantharides Vesica, acrimonia Dysenterica intestinis potissimum infesta deprehenduntur. Eaenimratio, quzà falium illorum Mechanismo & partium nervearum membranearumque temeritate communiter desumitur, in Scholis Medicorum Principiis Mechanicis impenfius faventium eam ob causam insufficiens existit, quod in Arthritide re-liquæ partes membraneo nerveæ simili assistione minime tentantur, utcunque sal prædictum totum corpus pervadat.

**** (11) }** Th. V.

Th. VI.

Ex quibus nunc facile intelligitur præsentem ægro. tum non laborâsse Arthritide Vagâ fimplici, quz etiam in subjecta falibus scorbuticis minime conspurcata cadit, neque Arthritide fixa fuisse correptum, licet dolorem obtufum in digitorum majorum utriusque pedis articulatione, & continuos dolorum pectoralium aculeos fenferit, quatenus & Virorum Clarisfimorum fuffragio, & Experientia Clinica conftat, Arthritidem Vagam Scorbuticam aliam effe currentem, five de loco in locum fubito transeuntem, quando scilicet dolor in Principio non diu in uno loco perfistit, sed modo hoc modo illud pervagatur membrum, atque partem affectam admotus voluntarios impotentem reddit; Aliam perfistentem, quando in parte femel comprehensa diutius permanet, quid, quod non raro arthritidi fimplici Scorbutus jungitur, ExemploChirurgi Lipf illius, cujus Drawitz Tr. de Scorbuto pag. 25. mentionem facit, qui postquam per plures Annos Podagra laborasset, demum Scorbuto R 2

Scorbuto quoque, doloribus Ventris, Paralyfi cruris, fudoribusque frigidis sui præsentiam prodente vexatus est. Quapropter ad diffingvendum accurate ingratum iftum Hospitem, diversitatem motus, caufa, Symptomatum & curationis respexisse juvabit, ita quidem at quoad primum notetur, dolorem Arthriticum fimplicem in parte quadam unice perpetuoque fixum hærere ; Dolorem vero Arthriticum Vagum unamquidem interdum partem occupare, quam brevi denuo relinquit atque redit : Quoad fecundum materiam Arthritidis fimplicis effe Tartaream craffam ad coagulationes nodofas quam maxime difpofitam Arthritidis Vagæ contra fubstantiam falinam tenuem & volatilem peculiari modo corruptam atque malignam naturam adepta ; Quoad tertium tumorem & ruborem partis affecta in Arthritide fimplici femper, in Scorbutica minime observari, Taceo quod reliqua scorbuti figna specialia in Hiftoria morbi expressa in illa minimè deprehendantur : Quoad quartum in Arthritide fimplici Anodyna vulgata, in Scorbutica nonnisi specificis antiscorbuticis maritata juvare.

Th. VII.

Merito nunc quaritur, unde hoc malum advenerit huic fubjecto ! Et responsionis loco inferviat , illud immediate à solutione continui inchoatâ in partibus membraneo nerveis articulorum, mediate à cacochymia feroso ichorofa five tartaro corrupto resoluto, remota ab errore circa motum, Vigilias, potulenta acria commiffo, follicitudine & excandefcentia, arque a frigore in itinere perpesso, originem traxisse. Solutionem continui quod concernit, ea in quacunque doloris specie præsupponenda est, cumprimis ubi acrimonia salsa pradominium obtinet, qua partes aroduntur, fibrilla lacerantur, minutissimi membranarum poruli perfodiuntur, quod vel ipfe doloris pungitivi, rodentis & urentis fenfus declarat. Interea tamen putandum non eft, ac frin dolore generatim & speciatim fumto femper folutio continui comcompleta adfit, hoc enim experientiz reclamat, fed fzpenumero ad producendum dolorem fufficit folutio continui attentata five partium afflictarum convulfio. Quippe partem quandam dolere imposfibile eft, nifi ea convellatur, quod fieri folet, quando naturalis, blandus & zqualis fibrillarum motus, fpirituumque fibrillarum undulatio five reciprocatio lenis degenerant in motum przternaturalem, impetuofum, inzqualem, fpiritusque cum vehementia retroacti, vel intra partem convulfam tumultuarie commoti, crifpaturas fibrarum dolorificas inflituunt; Quod Quidem non fine fubftantiz folidz attritu, & confequenter attenuatione & confumtione fieri poterit.

Th. VIII.

Prædictarum convulsionum origo à cacochymia seroso ichorosa in hoc subjecto dependet, eaque est infelix illud seminium, ex quo largissima morborum chronicorum seges curationem radicalem vix ac nevix ad-mittentium, propullulat. Et quidem hac prædominante gratum illud veliculum fanguinis vel spirituum par. tes solidas corporis animati mirifice roborans, suaviter obliniens, cunctaque vitaliter nutriens, serum lymphaticum falinis acribus, acidisve volatilifatis turget,& fubftantiam lixiviosam concentratam refert, unde fluida inspissantur, fermenta digestoria enervantur, spiritus infirmantur, & partes nerveo fibrofx indefinenter vellicatæ molestia ingenti afficiuntur, saleque isto scorbutico plus minus volatilifato intra partes convulfas moras quasdam agente obstructionibus fluidorum transitoriis via paratur, unde dolor punctorius, rodens & urens modo hanc modo illam partem obsidet. Cui de statu lixivioso massa sanguinez & salis scorbutici volatilisatione opinioni videtur contradicere experientia quotidiana, qua con-ftat, corpora à fale contra corruptionem muniri, & falis volatilis in fanguine abundantiam efficere, ut exc ptata homo fanitate fruatur : sed responsio est in pr

《 (14) 影 ptu. Sal enim commune debite & modice assumtum corpus nostrum à corruptione præservat, indebite vero & immodice usurpatum maximam affert calamitatem, eo magis fal istud scorbuticum sylvestre præternaturaliter in Massa fanguinea genitum, quod in minima etiam quantitate qualitatem suam nocivam manifestat. Cum primis attenuatum, resolutum, & in statum halituosum redactum, ubi adinstar salis cujusdam volatilis celerrime ultro citroque ferri potest, quemadmodum & salis hujus sylvestris mentionem facit Helmont. in fuppl. de spadan. fonti Paradox.V. His verbis : Oberrat in nobis non raro sal quoddam resolutum & minerale plane excrementitium, tartarus scilicet resolutus, vel in prima vel in ultima materia existens, cujus sive uterus, Hepar, Lien, Renes, Pancreas, Mesenterium vel stomachus fodina sit, perinde est, modo constet, insignes parere laborantibus molestias. Quem locum egregie explicat Willif de febb. e. i. hoc modo: Ob malam digestionem particula salina non rite exaltantur, verum cruda & magna ex parte fixæ permanent, inde cruor evadit spiss, & circulationi ineptus, ita ut in visceribus & solidis partibus obstructiones gignantur, & cruditates serosa congerantur: Sin vero spiritu depresso aut deficiente, sal nimis evehitur, & fluidius redditur, Sangui-

ni ilo chimala chile : ilita telemite in

nus

nis Diathesis scorbutica accersitur. Atquè ea est hujus salis indoles, ut ad instar fermenti cujusdam in partibus primæ & secundæ digestioni famulantibus, nidulantis, quicquid particularum Chylofarum affluit, corrumpat, atque ad præternaturales destructivas fermentationes adigat, quibus circulationis interventuper totum corpus diffusis, partes nervosa & tendinosa vehementer affliguntur, Quibus pollicem premit Carolus Piso in elegantissimo de Colluvie serosa Lib. pag. 396. de Arthritide Vaga scorbutica ita disserens: Quoniam neque in colore, neque in mole & charactere à se ipsis membra dolentia sunt immutata, necesse est omnino tenuissimum atque decolorem eum humorem esse, qui dolorem membranoso generi infligit, qualis unus est acrius seu serosus in sanguinis massa, cujus confertim irruentis decubitus in periostia vel membranas oslium proprias dolorem ejusmodi producit. Maneat igitur firmum in hoc sub-jecto sal acre scorbuticum à sero dissolutum activiusque redditum sub forma halituum per tensionem molestam spinz dorsi frequentes pandiculationes inferentem in Hiftoria morbi designatorum ad partes affectas penetrasse, & evaporatione liberà ibidem denegatà delineatis in cafu doloribus vagis ansam dediffe.

城子 (15) 新

Th. IX.

Quemadmodum vero nil magis corpora ad fcorbuticam diathefin & cacochymiam ferofam difponere folet, quam enormis circa fex res non naturales commiffus error: Ita & in przfenti zgroto talis omnino venit fupponendus, quan-

"我 (16) 影響

quando in historia morbi legitur, quod fueit ad iracundiam proclivis, in laborioso vitæ genere constitutus, quo plurimum molestiæ, curarum, frigoris indignationis, sustinuerit, quod tempore hyberno frigore intenso sicco sæviente interfecerit, quod quæ in diversoriis vino hujusque spiritu ardente ses injurgitave-

rit, que fingula quante fint in sanitate profligenda cumprimis in fubjectis fanguineo melancholicis efficacia, tam notum est, quam quod notissimum. Quippe ab iracundia vino ejusque spiritu, humores & spiritus redduntur acriores, a curis humidum diluens consumitur, à laboribus concatenatis articuli debilitantur, à frigore transpiratio insensibilis cohibetur, serumque à particulis falinis exitum haud invenientibus lixiviofum redditur, postmodumque calore ingenti subito admisso, majori copia funditur, irruit & pertinaces magis obstructiones in peripheria corporis causantur. unde non po-ruit non in V. sectione adhibita sanguis piceus cum tantillo seri variegati emanare, & fero lixi-viofo hac ratione ad centrum revocato Arthritis vaga toti ferme corpori molefta oriri, & commota per pilulas purgantes fentina fcorbutica nondum convenienter cicurata dolor pectoris acutus pungitivus cum dispnoea, dolores rodentes urentes acerbissimi brachiorrm & humeri utriusque succedere. Simul ac vero Medicamentis diluentibus, acrimoniam sal. fam involventibus, viscera digestoria roborantibus, blan dam diaphoresin falium infractorum promoventibus & antiscorbuticis specificis tentata res est; utique ad pri-- CLG (18)

第二(17) 第年

stinam fanitatem subjectum hoc adspirare potuit: Id quod etiam sequentibus methodice adhibitis fuit procuratum. Videlicet Dyspnoex vehementissma suffocationem omnimodam minitanti omnium primo consulebatur hac formula,

 R2. ♥ Chærefol. Hyflop. fœnic. cerafor. ana žj. Afthmatic. žß. Oxymell. fquillit. 3vj
fuccin. alb ppt. Cinnab. nat. ana j.
fpecif. Epil. M. gr. xij. Elix. Anif. 3ij.
TR. Gum. ammon. 3j. fyr. d. Eryf. Lob. 3iij. M.

D. in vitr. St. Merven fidretendes Bruft Trancflein ju 2.

Postea pro scopo diapnoico & antispasimodico sequentia ordinabantur.

B2. ♥ fl. fambuc Acac. scabios. scord. papav. rh. ana žis. rofar. žj. Diascord. Fr. 3is. Antimon. diaphor. 3j. Nitr. puriss. Jij ocul. cancrin. cinab. nat. ana Jj. syr. papav. rh. Jvj. M. &c. tindetndes Eráncflein ale le Stunden 2. Löffel voll.

132. Extr. Chaquerill, fl papav. rh. ana Js. Croc. MP. de cynogl. ana gr. v. M. f. pil, no. xv. D. &c. Macht-Ditlen 5. auf einmahl

Et cum pertinax urgeret alvi obstipatio, ea clystere emolliente referabatur, quotiescunque magnesia nitri defideratum effectum non præberet, simulque cataplasmate ex herbis emollientibus in lacte coctis cum Theriaca spasmodico colli dolori gulam arctissme constringenti consulebatur, interne simul sequenti mixtura adhibita. B2. V Ceras, nigr. st. til. Paralys, borrag. poeon Acac. ana žj. Rosar. 3vj. Oxymell. 30. Cons. Alck. c. 31. ‡ diaphor, unicorn, sossil. fuccin. alb, ppt, ana 38. specif. C

*** (18) ***

cephal. M p. Marchion. ad Jj. fyr. de Eryf. Lob. 3iij. M. &c. stundlich 2. Ebffel voll.

Postmodum ad ipsam morbi mineram eradicandam inserviebant sequentia.

- Rz. Elix. Aperit cl. 3ij. TR. zij. Ptar, Els. Lignor. comp. ana 3j Arcan. Pr. d. liquid. 38. M. &c. 40. Tropffen auf einmahl.
- R. TR. bez. Wed. 3ij. Efs. lignor. comp. liquid. C. C. sucana 36. M. &c. Blutreintgende Mixtur täglich 3mahl 60. Sropffen zu nehmen.
- R2. MP. de fuccin. Cr. gr. xij. extr. Hellebr. nigr. ref. fcammon. ana j. mag. tij. Diaphor. fal. vol. fuccin. ana gr. iij. Cinab. tij gr. ij. M. f. l. a. pil. no. xxx. D. &c. 10. Stuck wochentlich 2 mahl des Abends zu nehe men.
- R. Efs. Cort. Aur. cum lixivio Ciner clavellatorum par. zv. D &c. Mittags und Abends nach der Mahlzeit eis nen Löffel voll zu nehmen / und einen guten Trunck Bier zu thun.
- R. TR. Ar. hellebr. Els. lignor, comp. zij. Ptar. ana 3is. Pin antiscorb. 3j. M. &c. Bluthreinigung zu 60. Tropis fen taglich 3mahl.

Omne vero punctum magnefia Polychrefta, elegantisfimum faccharum lactis & przftantissima lumbricorum terrestrium Essentia Anodyna cum TR, zij. przmixta tulerunt.

Re, facchar, lactis Zi. divid. in xvi. part. æqual. D. &c. tag. lich 3. Pulver mit Thee zu nehmen.

Rt.

R2. Magnesiæ alb. Zj. D. &c. alle Morgen ein qventl. ju nehmen.

B2. lumbric. terreft. ppt. žiß. affund. ol. Pr. p. d. l. ad pultis confiftentiam ftent per horas xxiv. in digeftione poftea fuperfunde fpirit. rectificatifs. ad trium digitorum eminentiam adde Croc. Auftr. 3ß. caftor opt. 3j. ftent rurfus in digeftione demum filtretur dof. xxx xL. guttas.

Th. X.

Cœterum Dixtx regimen durante hoc malo quo ad morem comunem in afflictionibus Arthritidis fervabatur, convenienterque indicationibus curativis inftituebatur, & fi ferme nullo ciborum defiderio tangeretur xgrotus, qui potius largiori infufi Thee hauftu cum euphoria indulgebat, quo etiam transpiratio sensibilis aqux ac infensibilis cum ingenti dolorum levamine egregie fuit promo-

ta. Atque de atrocissimi hujus mali natura & cura in præsentiarum dixisse sufficiant.

TANTUM.

G.

D.

S.

Nunc iterum ad Patrias fecedit lætius oras, Dum lauro dignas cinxit Apollo comas; Vive diu felix, morbisquè medere malignis, Sictibi, crede mihi, fama perennis crit.

> Nobilissimo & dottissimo Dno Dottorando animitus gratulatur, & se commendat

PRÆSES. 9552 9552 9552 9552 9552 9552 9552 52 Ouidni latemur, dum LEZIUS ipfe cathedram

Conscendit medicam, lætus ovans hodie? Quidni gratemur LEZIO, perplura precati Prospera, dum docte disserit in cathedra? Lætamur, simul atque precamur, culmina bonorum

Quò LEZIO semper sint rata & egregia!

Que paucula equidem, sed prolixiori omnis prosperitatis ac felicitatis annexo voto concepta Nobilissimo atque Experientissimo DNO DOCTORAN-DO LEZIO in lætam gratamque sui memoriam relinquere voluit

HIERONYMUS Ludolff / Phil. & Med. Doct. Earundemque Facultatum Affeffor Ordinarius, nec non Chymiz ac Mathematum Prof. Publ.

多)) (5段